

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Promissio c  
cum fonte primo

Expectans expectaui  
dominum, nec intendit michi.  
Sperabam quod daret effectui uerbum  
suum et gratiam quam

uerbis promiserat,  
operibus exhiberet.

Adhuc eciam promissam expecto  
graciam, fortasse sicut Arturum  
Britannia, sicut Iudea messiam.

Magna enim debet esse in promissione  
discretio quia inanis promissio  
sepe  
de amicis sibi comparat  
inimicos.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Exspectans exspectavi  
dominum meum diu, nec intendit mihi.  
Sperabam quod daret effectui uerbum  
suum, et gratiam, quam  
mihi M. Gerardus ex parte ipsius  
nuntiauerat

operibus exhiberet.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 128 (PL  
207, col.380B-381A).

Adhuc etiam promissam expecto  
graciam, fortasse sicut Arturum  
Britannia, sicut Iudaea Messiam.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 51 (PL 207,  
col.154C).

Magna debet esse in promissione  
discretio; inanis enim promissio  
multoties  
de familiaribus amicis sibi comparat  
inimicos.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 51 (PL 207,  
col.155B).